
N. Theophilus: De testibus forensibus.
1591.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

8,-136.

LN 1577
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

THESES

DE TESTIBVS FO-
RENSIBVS AD QVAS
X. Nouembris Præſide
Nic: Theoph:
reſpondebit

Olaus Brenderus H.

HAFNIÆ.
EXCVDEBAT MATTHIAS
VINITOR.
1591.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

B.R.H.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

THESIS

1.

TEſtes iudiciales/ de quibus Dei optimi maximi adiuti ope, amicam & placidam inſtituemus collationem/ ad rei geſtæ fidem faciendam, tam in capitalibus, quam in pecuniarijs cauſis, ſicubi opus eſt & res poſtulat, producuntur & examinantur.

2.

Producuntur, hoc eſt, exhibentur iudici ab eo, qui id quod fundamentum eſt intentionis ſuæ ad cauſæ victoriam obtinendam, ſiue is ſit Actor, ſiue Reus, docere & probare conatur.

3.

Regulariter Actori incumbit probatio.

4.

Reus autem quando excipit, quia agere videtur, exceptionem ſuam neceſſe habet probare.

5.

Examinantur hoc eſt magna cura & diligentia de veritate eius cauſæ, de qua ambigitur, interrogantur & excutiuntur vel à Iudice ipſo, vel ab eo qui eius rei poteſtatem à Iudice habet, quem alij teſtium examinatorem, alij Commiſſarium vocant.

6.

Examinationis caput ac fundamentum eſt IVRAMENTVM de veritate dicenda, quod Iudex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

dum concepta verba præit, à teſtibus exigere: teſtes vero ipſi leuatis duobus digitis dextræ manus, indice & medio, præſtare tenentur.

7.

Huius Sacramenti duæ ſunt partes præcipuæ. quarum prior continet φάσιν ſeu recitationem cauſæ: poſterior ἐκμαρτυρίαν ſeu teſtimonium Dei, cui ſe ad pœnam, iurans, ſi falſum dicat, obligat.

8.

Præſtito Iuramento & teſtibus, de eius vi, deq́ pœnis quibus ſe obnoxios reddunt veritatem celantes vel etiam falſum maliciosè deponentes, diligenter admonitis: Iudex ad principale negotium, cuius vnius cauſa examen inſtitutum eſt, accedit, idq́ nudè, ſimpliciter & perſpicuè, detractis verborum lenocinijs & fuco ita proponit, vt nequaquam teſtem informare & quomodo & quid reſpondere debeat, inſtruere videatur.

9.

Quod quidem maxime fieri oportet, vbi ſummariè ſine ſtrepitu & figura iudicij, de ſimplici & plano, proceditur, & cauſæ ſine longo ſufflamine litis, vt Poëtæ verbis vtar, leui manu expediuntur.

10.

Nam vbi libellis articulatis vel poſitionibus, vt nunc vocant, quæ ſucceſſerunt in locum jnterrogatoriarum actionum, quæ antiquatæ in desuetudinem abie-

runt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

runt, res agitur: ad ſingulos articulos, qui non ſunt iuris, ſingulariter reſponderj oportet.

11.

Teſtis ad interrogata affirmatiuè reſpondens, de ratione & cauſa ſcientiæ vlterius interrogatur.

12.

Cauſa ſcientiæ, quam ſeparatam eſſe á depoſitione oportet, ſi releuans eſt & concludens, viribus ſubſiſtit teſtimonium: ſin vero friuola, deſtruit teſtis dictum.

13.

Error eſt non ferendus, coniunctim examinare teſtes: ſeorſim, ſigillatim ac ſeparatim ſunt audiendi.

14.

Non peccat Iudex ſi teſti dimittendo, poſtquam ſufficienter interrogatus eſt, ſilentium imponat, eumq́; admoneat ne cum quoquam hominum de interrogatis & reſponſo dato, ante litis finem conferat.

15.

Non omnes teſtimonij dicendi autoritatem habent: Nam minor XIIII. annis: item furioſus, inteſtabiles ſunt.

16.

Pauper quoq; minimè idoneus eſſe iudicatur. Pauperem eum intelligimus, qui ſuapte culpa ad inopiam extremam redactus vitæ turpitudine atq; infamia laborat, vt qui ſua per luxuriam turpiter decoxit: Hic etenim non modo fortunarum ſuarum ſed famæ etiam prodigus eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

17.

Pauper verò honeſtis moribus, doctrina & ſpectata virtute inſignis, Qui peius letho flagitium timet, à dicendo teſtimonio nequaquam repelli debet.

18.

Domeſticus quoq; teſtis qui Græcis ̓́οικοθεμ ὁ μάρτυρ dicitur: item omnes quibus ratione patriæ, nonunquã etiam dominicæ, poteſtatis imperarj poteſt, idonei non ſunt.

19.

His rectè annumerantur ludicio publico damnati: banno notati, quos nemo cibo, nemo hoſpitio tectoué iuuabit & deniq; omnes qui turpitudinis & infamiæ macula aſperſi, bonorum consuetudine & conuictu indigni habentur.

20.

Teſtis iniuratus fidem non meretur: niſi in continenti eius depoſitionem ſequatur iuramentum.

21.

Poteſt tamen pars parti, iudicis accedente authoritate, jurisiurandi gratiam facere: quo caſu teſtis etiam iniuratus admittitur.

22.

In propria cauſa nemo teſtis eſt idoneus.

23.

Qui, altera parte ad videndum produci & iurare teſtes non citata, teſtimonium fert, veri fidem non facit.

Si ab

24.

Si ab vtraq; parte, hinc inde, vt fandi mos eſt, producuntur & examinantur teſtes: deponentibus in ſpecie magis creditur, quam in genere teſtificantibus.

25.

De facto proprio ſine intereſſe tamen aliquo teſtimonium perhibentes, alijs de auditu & facto alieno deponentibus, præferendi ſunt.

26.

Vera eſt Comici ſententia. Oculatus teſtis vnus plus valet quam auriti decem: Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè ſciunt.

27.

Teſtis vnicus conteſtem non habens, neq; de iure diuino, neq; humano plenè probat.

28.

Sed ad quemcumq; actum probandum requiruntur duo teſtes, omni exceptione maiores: Cicero locupletes, incorruptos, optimos, grauiſſimos; Plautus ſynceriſſimos. Iuſtinianus Imperator ἀνεπιλήπτȣς *appellant: niſi de iure plures expreſſè requirantur.*

29.

In capitalibus cauſis multos adhiberj teſtes vtile eſt: inprimis vero pro reo, vt eius innocentia nota fiat iudicj: vitanda tamen eſt effrenata multitudo, ad quam Iudex, cuiꝰ ſit probatio, non tam reſpicere debet

quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°

quam ad ſynceram teſtimoniorum fidem.

30.

Singulorum teſtium dicta per examinatorem fideliter notarj & in publica monumenta transferri oportet: in quo magna diligentia curare debet, vt eadem & formalia, vt vocant, teſtis verba, non æquipollentia, ſcribat.

31.

Teſtis falſus, olim Decemuirali lege è Saxo Tarpeio præcipitabatur: Hodie de iure huius Regni, malicioſè falſum dicens teſtimonium, publicatione bonorum: amiſſione duorum digitorum, & perpetua infamia, punitur,

ἘΠΙΣΑΓΜΑ.

Quando ex natura facti, negotj vel delicti, teſtes locupletes & idonei haberj non poſſunt: tunc inhabiles & minus idonej ad dicendum teſtimonium admittuntur: cum eo tamen temperamento: vt, qui parum idoneos adhibet, idoneos & ſufficientes ſe habere non poſſe, doceat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1577 4°